

*Hodie mecum eris in paradiso.*

✠ Lécctio sancti Evangélii  
secúndum Lucam

23, 33. 39-43

<sup>33</sup> **P**ostquam venérunt mílites  
in locum, qui vocátur Calváriæ,  
ibi crucifixerunt Iesum et latrónes,  
unum a dextris et álterum a sinístris.

[34-38]

<sup>39</sup> Unus autem de his, qui pendébant, latrónibus  
blasphemábat eum dicens:  
«Nonne tu es Christus?  
Salvum fac temetípsum et nos!».

<sup>40</sup> Respóndens autem alter increpábat illum dicens:  
«Neque tu times Deum,  
quod in eádem damnatióne es?

<sup>41</sup> Et nos quidem iuste, nam digna factis recípimus!  
Hic vero nihil mali gessit».

<sup>42</sup> Et dicébat:  
«Iesu, meménto mei  
cum véneris in regnum tuum».

<sup>43</sup> Et dixit illi:  
«Amen dico tibi:  
Hódie mecum eris in paradíso».

Verbum Dómini.